



Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.
Xenivm Academicæ Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacræ & profanæ historiæ
à fine captivitatis Babylonicæ & Hebræorum Ducum ac Persicæ
Monarchiæ initio usque ad Christum natum

Gartner, Michael

Herbipoli, 1697

Duces Hebræorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

fuit primus Pontifex templi Samaritano-
rum in monte Garizim.

XLI. ONIAS JEDDOÆ filius dictus
quibusdam Priscus, Dux simul & Pon-
tifex sub Ptolomæo Lagida & Alex-
andro usque ad annum mundi 3753.
ante Christum 300.

§. III. *Duces Hebræorum.*

Dux primus fuit ZORABABEL,
& post Zorobabelem supra me-
morati Pontifices, qui simul Duces &
Pontifices fuerunt. Quamquàm ex
tribu Levi oriundi fuerint, qui post Zo-
robabelem Ducis simul & Pontificis ti-
tulo Hebræis præfuerunt, erant enim
sacerdotes & filij Aaron, nihil tamen
hoc obstat vaticinio Jacobi Gen. 49.
v. 10. *Non auferetur Sceptrum de Iuda
& Dux de femore ejus, donec veniat, qui
mittendus est, censebantur enim illi &
vocabantur adhuc filij Judæ, sicut eti-
am Machabæi seu Assamonæi, qui
Sceptrum Judæ tenuerunt usque ad
Herodem, partim ob genus mater-*

num, quod trahebant ex femore Judæ partim ob infitionem & quasi adoptionem in tribum Judæ: à reditu enim e Babylone, licet plurimi ex alijs tribubus reverterentur in patriam suam non tamen aut regno aut loco utantè distincti fuerunt, sed uniregno & tribui Judæ adscripti, & quasi infiti, imperium verò in omnes uni soli tribui Judæ cessit, & penes hanc remansit, omnesque Judæi, seu tribus Judæ vocati sunt, unde licet in ea sceptrum tenuerint, qui erant exaltribu, quales erant Machabæi & Pontifices, quia tamen illud ipsum acceperunt à tribu Juda, & in eadem tribu, in quam infiti erant, & nomine ejusdem tribus (nam omnes vocabantur Judæi) verè proprieque dici poterat, sceptrum teneri à Juda, sicut hodie dum sceptrum Poloniæ diceretur teneri à Polonis, etiamsi extraneus quilibet, quod aliàs non semel contigit, sceptrum moderaretur, quia nempe electione statuum Regni talis poloni-

usq; ad an. mundi 3743.

13

cægenti intereretur, secus autem fieret, si vel à Turca, vel à Mosco Tyrannicè oppressi cogerentur alienigenam in regem accipere, tunc enim censeretur sceptrum Polonis ereptum & ad exteros translatum, sicut factum est in tribu Juda, quando Herodes, qui erat alienigena, scilicet Aſcalonita per vim à Romanis in solium intrusus est, ac proinde non poterat dici tunc sceptrum teneri à tribu Juda. Ita *Suarez, Tivinus & Pererius.*

usq; ad an. mundi 3743.

S. IV. Monarchia Persica

& Monarcha, qui imperarunt ab an. mundi 3517. ante Christum 716. usque ad initium Regni Græcorum Anno mundi 3743. ante Christum

310.

I. **C**YRUS filius CAMBY:IS & nepos ASTYAGIS Medorum Regis ex Matre MANDANE filia ASTYAGIS. De hujus ortu, educatione & exaltatione prorsus mirabili dictum ætate mundi quartâ, titulo de Regi.